



**SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO ||
Mechliniensi Au||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae
paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per
IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||**

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

Dativvs Post Nomen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69674](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69674)

le etiam illud Plinianum, Ovorum oblonga.

Cum significatur aliquid inesse siue adesse cuiuspiam, quod ad laudem siue vituperium pertinet, per genitiuum effertur. *ἀνὴρ μεγάλῃς ἀρετῆς*, uir magna uirtute. Quod & per accusatiuum dicitur, *σωκεδοχικῶς ἀνὴρ μέγας ἀρετῆς*.

Genitiuus quandoque per se positus, abominantis est. *ἐπιθροσύας*, ô licentiam hominum. *ἐπιτύχης*, ô fortunā. Ponuntur enim huiusmodi orationes loco harum, *ὦ ἐπιτύχης*, uel *φεύ ἐπιτύχης*.

D A T I V V S P O S T

Nomen.

Comparatiuū gaudet datiuo, significante quantitatem siue modum excessus. *μείζωμ ἐμῶ ἤνι δακτύλῳ*, maior me uno digito. *πολλῶ μείζωμ*, multo maior.

Adiectiua composita à *σὺν* & *ὁμοῦ*, datiuum postulant. *σὺντροφῶ ἐμοὶ*, colactaneus seu connutritus mihi. *ὁμόφροφῶ ἐκείνῳ*, cum illo eiusdem sententiæ. *ὁμόφροφῶ ἐμοὶ*, unanimis mecum.

B 5 Ad

Adiectiua quæ passiuè capiuntur, ad
sciscunt datiuum. ἀγνωστον τοῖς πολλοῖς,
uulgo ignotum.

Græci per duos datiuos, mediante cō
iunctione καὶ, ea proferunt, quæ Latini
per unum datiuum, cum aduerbio con-
gregandi, siue cum ablatiuo, præceden-
te præpositione cum. Ioan. 2. τί ἐμοὶ καὶ σοὶ
γυνάαι; quid tibi mecum negotij est mu-
lier? Et Matth. 8. uociferantur demones,
τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ; quid tibi rei no-
biscum est Iesu filii Dei? Et cap. 27. μη-
δὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ, ne quid rei tibi
sit cum iusto illo.

ACCUSATIVVS POST
Nomen.

Græcis passim construuntur accu-
satiuo nomina adiectiua p̄ synec-
dochen, in oratione soluta. πλὴν ῥίνα κορυ-
σης μεσὸς, nares mucosus plenus. κόσμιος ἡ
ἀναβολὴ, ornatus uestem. ἡ χημία ἐν πρε-
πῆς, habitū decorus. Quod etiam per da-
tiuū dici potest, κόσμιος ἀναβολῆ. ὅμοιο ἡ μέ-
γελος, uel τῷ μεγέθει, ἀνόμοιος ὄψις, uel ὄψις.
In